

his verbis absoluat intendens ea proferre se
cundum suam opinionem, ut tamē sic valcant
sicut Dominus vult ea valere. Quod autem
Sacrum Conc. Trid. Sess. 14. cap. 5. de con-
fessione dicit. Constat enim, sacerdotes iu-
ditium hoc incognita causa exercere non po-
tuisse, neq; equitatem quidem illos in pœnis
in iungendis seruare potuisse, si in genere dū-
taxat, & nō potius in specie ac sigillatim sua
ipſi peccata declarasset. Ex his colligitur o-
portere a pœnitentibus omnia peccata morta-
lia, quorum post diligentem sui discussionem
conscientiam habent, inconfessione recensem-
ti, etiam si occultissima illa sint, & tantum
aduersus duo ultima Decalogi precepta cō-
missa. Manifestum est ex præcedentibus ip-
ſius Concilij verbis & ex sequentibus pōssi-
tis in illo cap. q̄ Conc. Trid. destruere intē-
dit Luteranorum Hæresim qua dicunt suffice-
re confiteri peccata in genere cuicunq; fide-
li quia vt ipsum Conc. dicit, solis sacerdoti-
bus omnia peccata mortalia cum circumstan-
tijs speciem peccati mutantibus, in specie cō-
fiteri est necessarium ex institutione diuina,
loquitur enim Conc. de his qui possunt ver-
bis. l. signis sua exprimere sacerdotibus pec-
cata,